

aut ratione coactus venditor vilis dittrahat, vel carius comparet, Marienq. num. 36. Barbof. in d. collect. nu. 1. Ant. Fab. d. error. 8. nu. 8. Burgenf. in cap. cum dilecti, nu. 19. de empt. Hermof. nu. 89. Tertiam, quod cum his concurrant aliqua conjectura; ex quibus donandi animus deprehendatur, Mantienq. n. 39. Morla n. 4. Quartam quod deceptus rusticus, mulier, minor, aut prodigus non sit, quoniam horum facilitati potius quam liberalitati tribuitur laesio, quam in suis contractibus passi sunt, Hermof. num. 88. 90. Burgenf. nu. 18. Barbof. ubi proxime, Anton. Gab. d. conclus. 1. n. 104.

10 Quibus simul conditionibus datis proculdubio communis sententia tradita nuper est tenenda: prout faretur Hermof. nu. 90. pro qua bonus est textus in l. sumo 17. in fine princip. juncta Glossa ibi, verbo, & scit, ff. locati. Quae sic admissa extenditur, etiam si intercesserit laesio enormissima, ut tenent plures, quos refert Hermof. n. 80. & in foro conscientiae aequè procedit; Abbas in cap. 1. nu. 3. de empt. Corn. in l. si pascenda, n. 2. C. de pact. Tiraquell. de legib. connubialib. l. 9. n. 13. in fine, Hermof. n. 81. nam cum supponatur voluntas donandi, ac potestas alienandi, nulla iniustitia considerari potest, ut aliud agens, ait Menoch. d. cas. 144. n. 3. vers. Extenditur secundo.

12 Aliquando tamen licet ea omnia simul inveniantur, admittetur laesus adversum venditionem, considerato eo, quod donatum censetur; nam licet in donationibus remedio d. l. 2. non sit locus, ut ex aliis probat Barbof. nu. 57. Nihilominus si enormissimè laesus donator doceatur, auxilium eidem non negabitur, Hermof. d. glos. 11. num. 18. 56. Fontanella supra, d. claus. 4. glos. 18. part. 1. num. 74. Gratian. Marchie decision. 40. num. 1. 2. Escobar, de ratiociniis, lib. 2. comput. 6. vers. Aut loquimur, Thelaur. decis. 223. n. 12. Undè et si in casu, de quo agimus, quoad venditionem laesio non consideretur, quia donatus est excessus; potest dari respectu ejus quod donatum est; Bart. in d. l. 2. n. 13. Tunc autem censetur donator enormissimè laesus; cum ipsius facultatibus perpenfis, ei non superest, ex quo juxta personae suae qualitatem vivere possit, quod Judex pro suo arbitrio decernet, Socin. conf. 266. vol. 2. Gregor. Lop. in l. fin. glos. 7. tit. ult. p. 8. Afflictis. decis. 312. num. 2.

13 Sed cum raro, supra traditas conditiones simul concurrere contingat, ad excludendum remedium d. l. 2. rectius contra Communem, non excludi scientem rei pretium à rescissione contractus, sentiant absolutè ultra Pinellum, Castill. d. cap. 52. n. 41. Rodric. de ann. redditib. lib. 1. q. 8. nu. 10. Sarmient. lib. 1. selectar. cap. 11. num. 6. Fachin. d. cap. 10. vers. Sed contrarium docuit, Herm. d. glos. 4. n. 90. Suar. in addit. ad Pinell. p. 1. c. 2. n. 11.

Vers. Rursus & haec secundo principalis conclusio.

14 Quod renunciatio d. l. 2. facta in eodem instrumento contractus impediatur ejus actionem, cum D. Covar. probant Guttier. d. cap. 26. n. 3. & practic. lib. 2. q. 140. n. 2. Padilla. in d. l. 2. n. 42. Fachin. d. cap. 20. vers. Porro Villadieg. in d. l. 8. num. 22. vers. Extendit, Barbof. in d. collectan. ad l. 2. n. 66. Bolannos ubi proxime, Gomez Vaio d. n. 18. Petr. Greg. sup. n. 15. De quo iterum inferius n. 20.

Ad Num. 3.

Renunciationem exceptionis non numeratae pecuniae eidem instrumento confessionis insertam, ju-
re communi nullius roboris esse, varius ac receptus est, Gregor. Lop. in l. 9. glos. fin. tit. 1. part. 5. Trentacinq. supra. tit. de solutionib. resolut. 20. nu. 16. Anton. Gom. in l. 50. Tauri nu. 52. vers. Quod extende, circa principium, Mar. Muta dec. 71. Costa in l. si ex cautione, fallent. 1. C. de non numer. pecun. Cardin. Tufch. practicar. conclus. lit. E. conclus. 421. n. 7. Valasc. conf. 5. nu. 12. 13. Rebuff. ad leg. Galliae, tom. 1. tract. de chirograph. ac cedul. recognit. in praesat. art. 2. nu. 27. Coler. de proces. executiv. part. 1. cap. 20. nu. 194. Duennas reg. 260. n. 4. Petr. Barbof. in l. 1. part. 6. n. 27. 28. ff. solut. matrim. Tiraquell. in tract. de jure Constituti: part. 3. nu. 30. 31. Mantie. de tacit. & ambig. convent. lib. 18. tit. 4. Hermosil. in d. l. 9. glos. 8. num. 2. tit. 1. part. 5. ubi late Molin. disp. 302. num. 3. & disp. 439. num. 4. Guttier. de jurament. confirmat. part. 1. cap. 37. num. 10. vers. hanc communem, Cevall. tom. 1. q. 365. quamvis contrarium placuerit Gloss. in d. l. si ex cautione, verbo probare, in fine, C. de non numer. pecun. Cardinal. in cap. fin. nu. 9. de solut. Azoni in summa, C. de non numer. pecun. Auferrio, in addit. ad Capell. Tholosan. decis. 355. num. 2. Avendañ. de censib. cap. 45. n. 6.

At communis opinio limitatur, etiam communiter, quando renunciatio juramentum accedit: tunc enim & in eodem instrumento facta nocet renunciatio, secundum jus commune, Bart. in l. fin. C. de non numer. pecun. Menchac. de successione, creacione, lib. 1. §. 9. n. 25. Gratian. Falcon. reg. 158. n. 5. Vital de Cambano de clausul. quest. An non numerata pecun. exceptioni renunc. possit: n. 1. vers. Breviter distingue, Mancin. de jurament. part. 4. effect. 155. nu. 3. Mascard. de probat. conclus. 695. num. 19. Carol. de Grassis de exceptionib. excep. 43. n. 15. 35. Guttier. ubi proxime, d. l. nu. 10. Bertazol. claus. 32. glos. 3. 4. n. 2. & alii, proxime laudati. Oppositum defendunt Alciat. in cap. cum contingat, n. 177. de jurejurand. Marta de jurisdict. part. 4. cent. 2. cas. 161. n. 23.

Et tamen advertendum, quod licet ei, qui renunciacionem juravit, post solutionem tanquam indubitè solutum repetere quod dedit, argumento cap. debitores 6. de jurejurando. Hermof. d. glos. 8. n. 12. Bart. in d. l. fin. C. de non numer. pecun. Guttier. d. n. 10. in fine, ubi alii.

Regio autem Partitarum jure, exceptio pecuniae non numeratae non datur ei, qui illi etiam in eodem instrumento obligationis renunciaverit, ut ex d. l. 9. in fine, tit. 1. part. 3. observat Ant. Gom. ubi proxime, Menchac. d. §. 9. n. 22. 25. Duennas reg. 260. num. 5. Guttier. supra num. 9. Villadieg. in Politica, cap. 2. nu. 103. Hermof. d. glos. 8. n. 4. Falcon. reg. 108. n. 4. Avendañ. de censib. cap. 45. num. 6. Costa in d. l. si ex cautione num. 2. cum seqq. Cevall. d. l. quest. 395. nu. 7. & n. 5. Regiam legem limitat, si renunciatio in continenti fiat in privato chirographo, nam minimè valebit.

Illud est adjiciendum, quod etsi valide exceptioni praefatae cum juramento, aut sine illo renunciatur, potest reus ipsam objicere assumendo in se onus probandi pecuniam sibi non fuisse numeratam, quoniam hujusmodi defensio per illam renunciacionem non intelligitur sublata, sed solum onus probandi numeracionem, quod alias incumbet

beret intra biennium creditori, removeretur; Greg. Lop. in d. l. 9. glos. fin. Hermof. supra n. 5. 14. ubi plures Costa ubi proxime, n. 4. Menchac. d. n. 25.

Ibi: Contrariam sanè opinionem.

Hanc sententiam: ut scilicet renunciatio d. l. 2. C. de rescind. vendit. in eodem instrumento facta non teneat contra D. Covar. tuncur Hermof. in d. l. 56. glos. 11. n. 24. vers. In feminis, Cancer. part. 1. cap. 15. num. 15. & part. 3. cap. 25. nu. 264. Mantienq. in d. l. 1. glos. 8. num. 41. tit. 11. lib. 5. Recopil. ubi de praxi testatur, Ant. Gom. d. lib. 2. variar. c. 2. n. 26. Morla, d. tit. 9. quest. 24. n. 8. Cevall. d. quest. 511. n. 3. Burgenfis in cap. cum causa, n. 25. de empt. Noguero. allegat. 18. n. 55. Villadieg. in Politic. tract. de formula libellandi, n. 139. vers. Y este remedio, y lesion. Quae opinio aequior, ac in praxi recepta est: nam eadem facilitate, qua quis se laedi patitur, ad renunciandum inducitur, Molin. disp. 349. num. 16.

Vers. Primò, quod eadem facilitate.

21 Omnes ferè conveniunt, mulieribus, rusticis, & minoribus non offere renunciacionem d. l. 2. in continentem factam, propter sexus, ac iudicii imbecillitatem, Barbof. in coll. Etan. ad illam constitutionem, nu. 66. Guttier. pract. d. q. 140. num. 3. Carol. de locat. part. 1. Rubric. de rescindend. locat. 34. Hermosil. d. num. 24. vers. in feminis, Petr. Greg. sup. num. 15. quamvis Trentacin. d. tit. de empt. resolut. 3. n. 1. in fine, hoc limitet, si hujusmodi persona de legis provisione certioratae specialiter illi renunciatur.

22 Ad hanc solutionem D. Covar. pro Calcaneo potest replicari, quod etiam in viris majoribus non rusticis facilitas consideraret, ut jure communi attendebatur in renunciacione exceptionis non numeratae pecuniae; quae, ut diximus, ex hac causa in continentem facta non tenebat, quamvis ex intervallo subsisteret.

Vers. Secundo in ejusdem opinionis.

23 Similiter contra hanc responsionem, D. Covar. dici poterit, homines itidem in venditione, aviditate comparandi aliena, vel necessitate vendendi propria compulsos, saepe labi ad carius emendum, viliosè dittrahendum, & eadem facilitate, qua haec faciunt, moveretur ad renunciandum in continentem legis auxilio: quae ratio cessat, si post contractum jam perfectum suo juri cedant, quod cum liberius operentur, sibi praedjudicant.

Vers. Tertio accedit quòd Romanus.

24 Non omnino excluditur Romani ratio, nam doli qualiquali suspicione non caret, qui cum laesione ultra dimidiam alterius contrahit, volens cum tanta jactura aliena locupletari; Cancer. d. part. 1. c. 13. n. 25. vers. ob que non interest, Noguero. allegat. 18. n. 56. Thor. conf. unic. post. vota decisiva, n. 42. Sforcia Odd. conf. 37. n. 58. vol. 1. Hermosil. alios referens, d. l. glos. 11. n. 49. Unde saltem secundum hanc sententiam non est absolum, de renunciacione doli ad eam, de qua agimus, arguere; quanquam verum sit ex laesione ultra dimidiam dolum non praesumi, Petr. Greg. sup. c. 14. num. 3.

Ad Num. 4.

Vere textus in l. ult. §. Item quastum, ff. de cond. indeb. minimè juvat Calcanei opinionem, ut sentit D. Covar. cum in renunciacione loquatur generali; quando autem specialis renunciatio conditionis indebiti impediatur repetitionem, explicat late Guttier. de juram. confirmat. part. 1. c. 27. per totum.

Vers. Quintò, Calcanei sententiam adjuvat.

Dubium non est, ut experientia docet, quin renunciatio d. l. 2. ex stylo Tabellionum in instrumentis venditionum adjiciatur, eisdem contrahentibus incisi, atque ita testatur Villadieg. ubi proxime, d. n. 139. vers. Y este remedio, Noguero. supra, n. 55. Mantienq. d. glos. 8. n. 45. Nec refert, quod illis instrumenta ante praestitum consensum; praelegantur, quia communiter ad hujusmodi clausulas non advertant, qui contrahunt; nec vim, quam habent, homines iterarum imperiti intelligunt; & per Tabelliones declarari non solent; quapropter clausulas ex stylo Tabellionum apponi consuetas nullius esse momenti, saltem quoties de gravi praedjudicio tractatur, sentiunt Tiraquell. in l. si unquam, n. 126. C. de revocand. donat. & de jure Constitut. part. 3. l. 31. n. 12. D. Covar. in rubric. de testament. part. 2. ex n. 39. ubi alii: Marienq. in l. 1. glos. 10. n. 85. tit. 4. lib. 5. Recopilat. Guttier. de jurament. confirmat. part. 1. c. 17. n. 5. vers. Sed contraria, Pareja de instrument. edit. tom. 1. tit. 5. resolut. 10. nu. 68. 69. & alii multi, apud Menochium conf. 37. à num. 157.

Contraria verò sententia communis etiam docens, has clausulas esse observandas, ac si à contrahentibus adjicerentur, quam amplectuntur plurimi, quos referunt: ac sequuntur ipse Menoch. à n. 130. & Hermof. in l. 32. glos. ult. n. 9. tit. 5. p. 5. est intelligenda; si de modico praedjudicio tractetur, aut illae ad solemnita, vel substantialia actus pertineant, nam in ipsas creduntur partes consensisse eo ipso, quod instrumentum fieri voluerunt: renunciatio autem l. 2. non est modici praedjudicii, nec ad solemnitatem, vel substantiam venditionis spectat, atque ideo à Tabellione adjecta pro non scripta debet haberi. Nec quicquam interest, quod renunciatio utrinque fiat possitque vel venditori, vel emptori utilis esse. Quoniam hoc verum est, si in abstracto consideretur, non jam in contractu posita; etenim statim laeso erit nociva, & deceptorum favorabilis, cum ad laesionem tempus contractus inspiciatur regulariter, ut c. proximo preced. dictum est.

Ibi: Quamobrem quamvis sepius.

Tamen non obstante renunciacione facta in eodem instrumento, auxilium d. l. 2. concedi quotidie videmus, ut testatur Marienq. d. glos. 8. n. 43. alioqui inutilis jam esset provisio constitutionis, cum in omnibus instrumentis talis clausula renunciacionis ex consuetudine Tabellionum adjiciatur, sicut considerat Morla d. quest. 24. n. 8. Et quamvis de jure dubia sit quaestio, Calcanei sententia, quam amplectuntur tot gravissimi interpretes adversum D. Covar. laudari supra; n. 20. aequior est, atque ideo tenenda, cum in dubiis non minus tutum sit, quam justum, benigniorem sequi interpretationem, ea quae 153 §. In re dubia, ff. de reg. jur. magisque repetitioni, quam adventitio lucro favendum, h. non debet. 42. §. In re dubia, ff. eod.

Ad Num. 5.

28 Enormissima læsione in contractu contingenti, renunciatio d. l. 2. quomodo liber facta, imo & juramento fulta, non obstat læso agenti adversus deceptorem. Est communis resolutio, pro qua sunt Molin. de primogen. lib. 2. c. 3. vers. Quod temperandum, Barbof. in d. collectan. n. 130. Ant. Gab. d. lib. 3. tit. de jur. dot. conclus. 1. n. 8. Greg. Lop. in d. l. 56. glos. ult. Simoncel. de decretis, lib. 3. tit. 8. n. 233. Guttier. d. c. 26. n. 7. Trentacinq. d. tit. de empt. resolut. 3. n. 8. Villadieg. d. n. 139. vers. Y lo mismo serà: Burat. decis. 75. n. 6. & 8. & dec. 116. n. 15. Paschal. de patr. potest. part. 1. cap. 8. n. 47. Thor. d. conf. unic. n. 43. Galerat. de renunciat. centur. 2. renunc. 102. n. 24. vers. Contrarium verius, Padilla in d. l. 2. nu. 43. Matienç. d. glos. 8. c. n. 48. Cevall. tom. 1. quest. 115. n. 4. Afflictis decis. 322. n. 7. Castill. quotidianar. lib. 3. c. 2. n. 36. 41. 53. qui ait, nullam cautelam excogitari posse, ut remedium contra enormissimam læsionem excludatur, Hermof. apud quem alii multi, d. glos. 11. n. 35.

Sed si læsioni enormissimæ fuerit cum juramento specificè renunciatum: cessare omne legis auxilium ad contractus rescissionem, opinantur Ant. Gom. Variar. lib. 2. c. 14. n. 20. vers. Tertio infero, Michaël. Grass. in §. Successio ab intestato, q. 13. vers. contrariam, Tusch. lit. L. conclus. 494. n. 44. Barr. in c. cum contingat, n. 13. vers. Sic concludunt de jurejurand. Beroi conf. 51. n. 16. lib. 1. Bargal. de dolo. lib. 2. c. 2. n. 42. vers. Ex adverso, Galaula conf. 31. n. 32.

29 Contrarium verò sustinent Hermof. d. glos. 11. n. 45. Abbas. in d. cap. cum contingat, n. 23. de jurejur. Cagnol. in d. l. 2. n. 98. Padilla ibi, n. 43. Rot. apud Cassiod. decis. 1. de empt. Grammatic. decis. 66. n. 48. & 49. Molin. ubi proxime, n. 19. Guttier. in Authent. sacramenta puberum, n. 98. C. si advers. vendit. Pet. Barbof. in l. 1. part. 5. n. 53. ff. solut. matrim. Castill. d. cap. 2. à nu. 28. August. Barbof. in d. collectan. nu. 130. Seraphin. de privileg. jurament. privileg. 131. nu. 6. Quæ sententia verior est, ac communior, jura enim dolum in hac læsione præsumunt, ut cum aliis docet Hermof. n. 46. qui juramenti ut fovendus non est; qui quidem dolum quasi adhibitum ex proposito, consensum jurantis tollit; & ideo nec tractus, nec renunciatio juramento firmatur. Faciunt tradita supra. n. 5.

30 Quæ sit enormissima læsio? Judicis relinquatur arbitrio, juxta veriore opinionem. Giurba decis. 110. n. 4. Castill. tom. 7. de Tertii, cap. 18. nu. 91. Ferentill. in addit. ad Burattum, decis. 116. lit. C. Molin. d. c. 3. n. 18. in fine, Garcia de expens. cap. 18. n. 21. ad finem, Sforzia Odd. de in integ. restitut. part. 1. q. 4. n. 121. Hermof. cum pluribus de glos. 11. n. 11. Noguero. supra, n. 59. Escobar. de ratiocin. lib. 2. comput. 6. n. 10.

Utrum desideretur relaxatio juramenti, cum adversus contractum juratum ob enormissimam læsionem agitur? quæstionis est; & negant Matienç. d. glos. 8. n. 49. Caroc. supra, d. rubric. de rescindend. locat. n. 35. & 36. Mancin. supra, part. 6. quest. 4. n. 1. Farinac. in fragment. part. 2. verb. juramentum. n. 1273. 1290. Benechend. in addit. ad Seraphin. de privileg. jurament. privileg. 31. nu. 16. 17. & privileg. 61. n. 55. Joseph. Ludovic. Lucens. decis. 27. n. 18. 20. & alii apud Hermof. d. glos. 11. n. 82. & Barbof. in collectan. ad Auth. sacramenta puberum, n. 17. si advers. vendition.

Sed contra, non esse audiendum enormissimæ læsionem nisi relaxatione juramenti impetrata, sustinent. Castill. quotidianar. lib. 3. cap. 2. nu. 26. vers. An absolutio; Capic. decis. 159. D. Covar. in c. quamvis pactum, part. 3. §. 4. nu. 8. de pact. in 6. Guttier. in d. authent. sacramenta puberum, nu. 96. vers. Sed his non obstantibus, Fachin. supra, lib. 8. cap. 69. in fine, Cancer. d. cap. 13. n. 11. vers. Ex quibus, Molin. d. c. 2. n. 25. Azeved. in l. 4. nu. 137. tit. 21. lib. 4. Recopilat. Cevall. tom. 2. quest. 900. nu. 35. quæ sententia magis communis est, ac tuta. Sed priorem admittit Rota decis. 102. nu. 2. part. 2. diversor. cum manifestè de enormissimæ læsione constat, Hermof. nu. 84. de quo diximus sup. lib. 1. cap. 4. nu. 43. Sed et si contrahens juraverit, se non petiturum absolutionem à juramento, quo contractum firmavit, poterit tam à primo, quam à secundo juramento absolvi, Molin. n. 25. Hermof. qui alios refert. sup. n. 92. Sed si dolus ex proposito intervenierit, nulla debet absolutio postulari, Molin. num. 14. Covar. in c. quamvis pactum, part. 3. §. 4. n. 3. Abbas in c. cum contingat, n. 3. 24. de jurejurand.

Quæ communis sententia tradita n. 29. ampliat, et si renunciatio sit ex intervallo geminata, adhuc enim enormissimæ læsionis erit audiendus ob præsumptum dolum deceptoris: Hermof. d. n. 46. Boër. decis. 35. nu. 5. Molin. d. nu. 19. ad finem, Guttier. ubi proxime, nu. 99. vers. Sed si bene, in fine Pinel. part. 3. cap. 1. nu. 36. Burg. de Paz. conf. 28. num. 22.

Ibi: Quo quidem casu læsio re ipsa contingens.

Læsio enormissima quoad juris effectus, dolo comparatur adhibito ex proposito: Hermof. n. 46. Valasc. conf. 130. nu. 22. Marchard. conclus. 531. num. 27. 28. Joseph. Ludovic. Perus. decis. 18. n. 55. 56. 63. 70. Caldas Pereira in l. si curatorem, verbo læsis, nu. 1. vers. Quando agitur, Cancer. d. c. 14. nu. 11. Andr. Gail. observat. lib. 2. observat. 147. n. 8. Castill. quotidianar. lib. 3. cap. 2. nu. 20. 41. 53. vers. si autem, Seraphin. de privileg. juram. privileg. 83. nu. 77. Farinac. in prax. crimin. quest. 89. nu. 140. qui plurimos referunt. Hinc est, ut sit læsio enormissima interveniat, deceptor electio denegetur, quæ ex d. l. 2. competit, sed læsus ad contractus rescissionem agere præcisè potest, Barbof. in d. collect. nu. 76. Fontanella supra, tom. 2. claus. 7. glos. 2. part. 2. nu. 59. 60. Hermosill. in d. l. 56. glos. 7. nu. 20. tit. 5. part. 5. Cagnol. in d. l. 2. nu. 81. Theaur. decis. 165. n. 8. Noguero. allegat. 29. n. 216. Et ita in praxi servari; testis est Anton. Fab. in suo Codic. lib. 4. tit. 30. diffinit. 3. et si ipse contra teneat, de errorib. deced. 7. error. 10. nu. 7. & D. Covar. in d. c. quamvis pactum, §. 4. nu. 14. Inde etiam provenit, ut hoc casu res cum fructibus per deceptorem sit restituenda, nedum perceptis, sed & qui percipi potuerunt, Fontanell. Barbof. Hermof. ubi proxime: Giurba decis. 105. num. 1. Gomez de Leon. in sua centur. respons. 19. Gamma decis. 40. 94. num. 9. ubi Flores de Mena, Parlador. rer. quotidianar. lib. 2. cap. ultim. part. 5. §. 16. n. 13. Cevall. tom. 2. quest. 763. n. 43. Cyriac. tom. 2. controvers. 258. nu. 20.

Ad Num. 6.

Clausula hæc, per quam contrahentes sibi invicem donant, quod ultra vel infra justum pretium datur, vel recipitur; est ex illis, quas Tabernones

nes ex officio adicere solent, ut advertunt Gurtier. in d. authent. sacramenta, n. 101. Menoch. de arbitrar. lib. 2. cas. 144. nu. 4. Hermof. d. glos. 11. num. 119. Gomez Vai. lib. 1. cap. 5. num. 20. & quamvis multi sentiant, cum D. Covar. in præfenti; per illam tolli remedium d. l. 2. aut saltem aliqualem donationem induci, juxta verba in instrumento scripta, ut videre licet apud Menochium ubi proxime, Fachin. d. lib. 2. cap. 19. vers. Sed & tertia, Morla d. tit. 9. quest. 20. per totam, qui plures referunt; Verius tamen est, per talem clausulam, nec remedium d. l. 2. auferri, nec aliquam donationem induci, nisi aliunde constet de scientia justii pretii, ac animo donandi, Ita Guttier. Vaio, Hermof. ubi nuper, Monteros. in sua praxi, tract. 7. in prax. instrument. vendit. circa principium, Pinell. part. 1. c. 2. n. 22. 21. Matienç. d. glos. 8. n. 44. Castill. controvers. lib. 4. c. 52. à n. 38. Theaur. Pedemontan. decis. 165. Marta de clausul. part. 1. clausul. 63. Molin. de just. & jur. disp. 349. nu. 16. Roderic. de ann. redditib. lib. 1. quest. 11. à nu. 6. Azeved. in l. 1. nu. 29. tit. 11. lib. 5. Recopilat. Dicastill. de just. lib. 2. tractat. 9. disp. 3. dub. 3. n. 34. Barbof. nu. 58. ubi alii. Ea enim verba præter contrahentium intentionem adjiuntur, qui minime de donatione cogitant, sed contractum utrinque onerosum volunt celebrare, ac perfuntorie ponuntur; Castill. supra. n. 39. in fine, Tusch. lit. C. conclus. 304. n. 12. Actus autem non debet ultra agentium intentionem operari, l. non omnis 19. ff. si cert. petat. est sonus verborum aliud suadeat, cum non illa, sed mens sit artendenda disponentis: l. generaliter. C. de impuber. & aliis. l. si quis filium 3. C. de liber. præterit. l. 3. S. Conditio. ff. de adimend. legat. August. Barbof. de axiomatib. jur. axiom. 222. nu. 1. ubi plures refert, & videas ad hæc notata sup. num. 26.

Ad Num. 7.

35 Insinuatio nihil aliud est, nisi facta donationis apud judicem competentem publicatio, quam, & alias definitioem tradit, & exornat Hermof. in l. 9. glos. 1. n. 28. tit. 4. part. 5. quæ quatuor de causis de jure ad valorem donationis ultra quingentos solidos desiderat, Primò, ut inter donationem & insinuationem donans maturius deliberet, num sibi expediat actum illum perficere; nam ante insinuationem potest donatio revocari, saltem quoad excessum quantitatis lege permittæ Hermof. in d. l. 9. glos. 15. num. 2. Secundo, ut iteratio actus perseverantium & animum deliberatum ostendat. Tertio, ad tollendam omnem suspicionem fraudis, & metus. Quarto, ut probationum occurratur falsitati, ita Ant. Canar. de insinuationib. p. 1. n. 18. Seraphin. privileg. 73. nu. 50. Rebuff. ad leg. Gallie, tom. 2. tit. de donationib. insinuand. art. 1. glos. 1. n. 2. Menoch. conf. 261. n. 19. cum aliis, Per. Gregor. syntagmat. lib. 28. c. 13. nu. 4. 5. Card. Lug. sup. disp. 23. sect. 10. nu. 149. ubi nu. 146. An insinuatio in foro conscientie requiratur, ut tuta conscientia possit retineri, quod ultra quingentos solidos donatum est, & donatarium ad restitutionem non teneri, nisi petatur, cum Molina, & alii resolvit Dicastill. sup. tract. 5. disp. 1. dub. 6. num. 113. 137. ubi quod factum est, si tacite excessus exigatur.

36 Communis doctrina est, quòd, ubi inter contrahentes remittitur, maxime per verba importancia donationem, quod datur, vel accipitur præter justum pretium, si summam quingentorum solidorum id excedat, insinuatio requiritur Tiraquell. in d.

l. si unquam. verbo, donatione largitus, n. 4. Ancharran. & Imolain c. cum causa, de empt. Roman. in l. 2. in princip. col. 4. ff. de verbor. obligat. Alciat. ibi, nu. 16. Alexand. in l. si quis cum, aliter, col. 4. vers. Item, quæ sunt, ff. eod. Firmian. de gobell. part. 3. partis 8. principalis, quest. 12. in fine, Socin. conf. 215. col. 1. lib. 2. Pur. decis. 230. num. 8. lib. 1. latè Fachin. d. lib. 2. cap. 19. vers. Ego in hac re duo. Quæ opinio quando vera sit, ex dicendis apparebit.

Vers. Primum, locus Jurisconsulti.

Huic fundamento satisfacit D. Covar. infra, n. 10. Et sequentibus, num. 12. in fine.

Vers. Secundo, ratione instruitur.

Huic rationi respondetur non esse gratuitam donationem quam contrahentes faciunt, sed necessariam, supposito contractu venditionis, cum ideo renunciant, vel remittant: quia alter contrahens emere, aut vendere renueret, nisi his pactioibus contractus firmaretur. Undè donatio non est, nisi improprie, cum ob causam fiat; l. hoc jure 12. §. fin. l. Aquilius Regulus 27. juncta Glos. ibi, verbo, non meram, ff. de don. t. quæ ad sui validitatem insinuatione non eget, Molin. de primogen. lib. 2. c. 8. nu. 16. Barr. in d. l. Aquilius, n. 3. Ant. Gabr. d. lib. 3. tit. de donat. conclus. 1. nu. 62. Jul. Clar. receptor. sentent. lib. 4. §. Donatio, q. 17. ad finem, Segura in l. ab ex heredari, n. 9. ff. de legat. 1. Cyriac. tom. 2. contro. 128. nu. 109. Gratian. disceptat. c. 82. n. 24. 25. Hermof. in d. l. 9. glos. 15. nu. 15. tit. 4. part. 5. Videas pro solutione hujus argumenti D. Covar. infra, n. 22. in fine.

Ad Num. 8.

Renunciatio proprii juris, ad favorem alterius, censetur donatio, Glos. verbo dimittere, in cap. ex parte, 12. de offic. & potest. judic. deleg. Barr. in l. si fraudator. 25. in princip. ff. que in fraud. creditor. Tiraquell. in d. l. si unquam, verbo, donatione largitus, nu. 171. Afflictis decis. 322. ex n. 1. Navarr. de spoliis, §. 15. n. 5. Cervantes in l. 6. Tauri, nu. 70. Carleval. de judic. tom. 2. tit. 3. disp. 23. nu. 45. Hodierna ad Surdum, decis. 70. num. 12. Bellon. de jure accrescendi, 7. qu. 4. num. 68. 69. Tondut. supra, nu. 14. qui constituit differentiam cum Cancerio part. 3. c. 22. n. 211. & c. 15. n. 171. inter renunciationem, & repudiationem, nam hæc tollit juris quærendi facultatem, in qua nec consideratur donatio, nec insinuatio requiritur, illa jam quæsitum aufert, quæ cum donatio vera sit, ultra quantitatem permissam, absque insinuatione non subsistet, Seraphin. privileg. 109. num. 4. idem Tondut. nu. 21. Rota, decis. 323. nu. 34. & decis. 320. n. 24. 30. 34. part. 5. in recentior. Ant. Gom. Variar. lib. 2. c. 4. num. 10. vers. Item, etiam prædicta habent locum, Hermof. d. glos. 15. nu. 17. Dicastill. d. tractat. 5. n. 119.

Ibi: Quo fit, ut etiam in remissione debiti

Si debitum certum remittatur, insinuatio, ut in donatione opus erit; secus si dubium sit; Card. Lug. sup. disput. 23. sect. 10. nu. 150. Dicastill. d. tractat. 5. dub. 6. nu. 128. Bald. in l. illud, C. de Sacrosanct. Eccles. Ant. Gom. d. c. 4. n. 9. Duenas reg. 220. ampliat. 1. Jul. Clar. d. §. Donatio, q. 16. p. 2. 3. Mozz. de contract. tract. de donat. tit.